









D

D

C

Jon

STETIN
bil

DOCTRINA
DE CHRISTO,

DEQUE

DUARUM IN EO NATURARUM
UNIONE & COMMUNICATIONE,

AB

HETERODOXIA
CALVINIANA

VINDICATA,

autore

JOHANNES MICRÆLIO, Pomerano,

SS. Th. D. & Pr. Rectore in regio

Gymnasio Stetinenſi.

STETINI apud JOHANNEM VALENTINUM RHETIUM,
bibliopolam & typographum regium. Anno clō 15 LV.

Fur-3

02

91

ILLUSTRISSIMO DOMINO,
Dn. JOHANNI
OXENSTIERNA
AXELSOHN,

S.^r R.^r M.^{tis} ET REGNORUM SVECIAE
SENATORI ET MARESCALLO, IN
SUPREMA APPELLATIONIS CAME-
RA VVISMARIAE PRÆSIDI,
LEGATO EXTRAORDINARIO
PER GERMANIAM,
COMITI SÖDERMÖRE, L. B. IN KYMITHO
ET NYNÄÄS, DOMINO IN FYHOLM,
ALHULD, HORNINGSHOLM, SÜ-
DERBOO ET TIDÖÖN.

*Domino & Patrono suo cle-
mentissimo.*



14128

914 c 1954.

¶ **Q**uamquam, Illustrissime Domine Co-
mes, Domine & Patrone clementissime, gra-
viter dolendum, quod inter protestantes the-
ologos causa religionis, altero jam seculo disceptata,
animos distrahit: necdum scriptis polemicis abstine-
tur: quum, qui eandem adversus meretricem Babylo-
nicam agunt causam, rectius rei Christianæ videantur
consulturi, si, rebus inter se compositis, in communem
hostem copiis prodeant sociatis: hunc tamen librum
V. Illi. audeo offerre, in quo arma contra illa dogmata
expedire pergo, in quibus à nobis dissident Reformati.
Utinam, utinam, inquam, ut cum sacro vate loquar, hi
gladii, quibus ecclesiæ, è Babylone egressæ, se mutuo
adoriuntur, conflentur tandem in vomeres, & omnes
lancæ in falces & ligones concidantur! Utinam in
monte domus Domini præparato amplius non sint, qui
deterreant! Utinam cornu nostrum ponatur ferreum,
& ungulæ nostræ æreæ, ut comminuamus illorum in
ecclesia tyrannorum rapinas, quorum furore hætenus
omnis pene nobis periit tam veritas, quam libertas!
Nec enim vos soli, quorum prudentiæ & consiliis reges
& regna se committunt, desideratissimam in ecclesiis
à fermento pontificio repurgatis pacem exoptatis. Ex-
optamus & nos eandem, quos publica in capitibus re-
ligionis purioris docendis professio distinet. Verum &
hoc nobis conandum esse meminimus, ne interim fraus
cœlesti fiat veritati, nec luci misceantur tenebræ. Pau-
lulum fermenti totam fermentat massam. Parum ve-
neni omnia perdit viscera. Exigua nebula, oculis ob-
ducta, omne ingentis solis lumen intercipit. Pax gra-
ta est: sed si, sub schemate coitionis amicæ, aut veritas
adul.

adulteratur, aut non integram habere licet, nihil illa ingratus. Sic cum Patres Sirmienses, volente id Constantio, de homousio & homœusio, sub specioso conciliationis titulo, tacendū esse decernerent: & Ariminensis pax postea inter orthodoxos & dissentientes stabiliretur: totus pene orbis, subito se Arianum esse factum miratus, ingemuit. Sic henoticon seu unitivum Zenonis edictum de Eutychianis non impugnandis; Ecthesis Honorii de errore Monothelitarum non confutando; Typus Constantis de eodem tolerando, quid aliud præstiterit, quam ut zyzania hæresium lætius succrescerent; orthodoxis vero negotia semper facescerentur graviora? Si quis, dum osculum offert caritatis, fontem præstruit veritatis, plus damni infert, quam apertus hostis. Imo si ipsa oscula sunt veneno tincta, enecant admissa. Reformati, qui Zwinglii, Calvinii & Bezae sectatores sunt, nobiscum superstitionem & tyrannidem Vejovis Romani abominantur, hætenus amici sunt. Sed si lege amicitiae secum agi volunt, indigne ne ferunt, quod, cum quicquam produnt, quod mysteriis coelitus patefactis haud consonat, non asurgimus, sed, ut rectius sapiant, suademus. Si quid vitiosum deprehendis in amico, inquit Ambrosius, illum corripe: si se lædi putat, tu tamen eum corripe. Tolerabiliora enim sunt amici vulnera, quam adulantium oscula. Novimus, multo sanguine in ecclesiis Galliarum, Anglorum & Belgii reformatis rem constituisse Christianam. Bene illis precamur: & pietatem commendamus, quod, prostratis vitæ & fortunarum dispendiis, Christum nobiscum maluerunt audire, quam Antichristum. Interim, dum in illis aliqua doceri novimus, quæ non è puris Israelis fontibus, sed è putidis cœcæ rationis

tionis lacunis hausta sunt: dumq; ne aures doctoribus
 suis in illis commodent, monemus: ne culpent, amabo,
 quod non tacemus ad errores, quos incautis propinari
 videmus. Si error in rebus hanc vitam concernenti-
 bus committeretur, vix taceret amicus cordatus: quia,
 si amicus est, non vult esse adulator. Et taceremus,
 cum alia, apud florentissimos populos, de gratia Dei, de
 Christi persona, deq; mediis salutis tradi intelligimus,
 quam quæ Spiritui Sancto in sacris pandectis proban-
 tur? Non tacebat Lutherus, cum unicum initio dogma
 de sacra cœna Zwinglius depravabat. Monebat ec-
 clesias, caverent sibi ab illo, qui verborum sacrorum
 evidentiam negligere malebat, quam rationi imperare,
 ut præsentiam Christi in pluribus, quam in uno loco
 largiretur. Et taceremus, postquam plures fidei articu-
 li pravis adsparguntur sententiis, imo ipsum fundamen-
 tum, quod totius ecclesiæ juncturas, tanquam lapis æ-
 yranæ continet, non leviter concutitur? Prisci ec-
 clesiæ doctores, ut ad quasvis in religione corruptelas
 graviter indignabantur: ita subinde ex omnibus mundi
 partibus in synodos confluebant, ut doctrina de Chri-
 sto, illo fidei nostræ autore & consummatore, conser-
 varetur illibata. Cum Arius quidem per filium Dei
 omnia fatebatur condita; eundem tamen negabat ejus-
 dem cum patre essentia & æternitatis, episcopi totius
 œcumenes anno cccxxv. coibant Niceæ in primū con-
 cilium œcumenicum, ut pestilentem ignem in cineri-
 bus suffocarent. Cum nihilominus erant, qui patrocini-
 nabantur eidem errori, ut reliquæ Arii exscinderen-
 tur, post lvi. annos denuo Constantinopoli conveni-
 ebant. Quinquagesimo post anno tertia vice Ephesi
 congregabantur, cum Nestorius Mariam volebat vocare
 Dei-

22 - 16

17 - 10

6 - 6

16 -

31 - 12

12 -

5 - 5

8 - 10

16 - 10

5 - 17

15 - 3

22 - 6

6 -

4 - 28

17 - 1

7 -

30 -

7 - 18

23 -

4 -

17 -

15 -

39 - 1

47 - 1

128

270

398

Deiparam, eumq; qui semel ex patre ante omnia natus
est, denuo ab homine natum inficiabatur. Viginti in-
de annis elapsis, Chalcedone Eutyches confundebar, qui
duas in Christo naturas confundebar. Unde con-
stat, non alia de causa universum orbem ad concilia
universalia celebranda vel quarta vice commotum es-
se, quam ne sinceritas doctrinae de Christo ulla parte
corrumperetur. Quo magis hostis humani generis in
hac salutis arce oppugnanda omnes occupat vires, eo
vigilantiores nos esse oportet, ne inde deturbemur:
idq; imprimis postremis hisce ruituri propediem mundi
seculis: quibus inveniuntur, qui non tantum negant,
quæ Scriptura sacra de redemptione totius mundi per
Christum facta aserit, sed & ipsius Christi perso-
nam sic describunt, ut totum pene mysterium unionis
personalis videantur ratiunculis nonnullis è philoso-
phia humana haustis submittere. Personam, naturam &
idiomata filii Dei, carni in divinitate assumptæ commu-
nicari, non largiuntur. Si quæris causam, nulla pene
promitur alia, quam quia finitum non est capax infiniti.
Quod quid est aliud, quam vastum mysteriorum divino-
rum oceanum ad mensuras, quas ratio è lineis & circu-
lis magnitudinum corporearum sibi fabricatur, revoca-
re? Sed hac sive inconsiderantia sive impietate tandem
in tanta præcipitia multi è Christianis aguntur, ut, à suis
sic persuasi doctoribus, si quidquam, quod non capit ra-
tio, proloquitur Salvator, verbis ejus parum vel nihil
fidei habeant, interim, ut fidem illi habere videantur,
illud ipsum, quod proloquitur, pravis interpretamen-
tis in alium prorsus sensum deflectant. Qua de causa
cum Christus se, se inquam, qui pro nobis crucifixus est
& mortuus, quidq; resurrexit & ad cœlos conscendit, no-
biscum

biscum fore usq; ad consummationem seculi promittit;
cum suum corpus & suum sanguinem se nobis in Sacra
cœna manducandum & bibendum exhibere testatur;
cum sibi omnem potestatem in cœlo & in terra datam
esse ait: miselli isti, infinitam hanc potestatem carni po-
tuisse dari, inficiantur, quæq; data illi sunt, finita esse
omnia putant. Quid interea à prophetis & apo-
stolis pro cœlesti mysteriorum imperscrutabilium veri-
tate dicitur, id per Zwinglianas suas allœoses, fictasq; lo-
quendi figuras, sic corrumpunt, ut parum absit, quin re-
ligio prorsus alio apud eos habitu incedere videatur,
quam quo se olim sanctis Dei viris probabat. Ob quas
causas in dogmata Reformationum paulo penitius in-
quirere animum induxerim meum, Illi. V. jam patet.
Abunde quidem id ipsum ante me multi alii egere:
sed, quemadmodum suo illi tempore & suo loco co-
nati sunt, quod officii ratio exegit: ita nos quoq; nostri
oportet esse memores officii; & propterea, quæ Illi. V.
hic consignata videt, publici jam juris volui face-
re. Tanti autem patrōni nomen quod libello præfi-
go, causa non est una. Iterum, Domine clementissi-
me, tanquam felix hisce terris fidus ades. Iterum à pie-
tate & prudētia tua nobis & patriæ promittimus omnia
serena. Cum primum in Pomerania, vix animam tunc
agente, regia armatus fiducia conspiciebaris: sacras in
illa iudiciorum ædes hætenus clausas aperuisti: ad offi-
cia hætenus intermisisti quemq; redire iussisti: rebus hæ-
tenus ruinam minantibus fulcra salutis supposuisti:
Academiæ Gryphiswaldensi & nostro Gymnasio nito-
rem pene amisit restituisti. Cum altera vice, ex Osna-
brugis redux, præsto eras, funestas belli in Germania
triennales faces extinxeras: nosq; omnes cœlo jam frui
vide-

21 42
 11- 61
 51- 91
 - 15
 - 91
 - 92
 - 22
 7- 21
 4- 41
 61- 21
 51- 22
 - 85
 4- 22
 21- 44
 - 49
 6- 44
 - 18
 11- 91
 - 22
 - 22
 21- 42
 4- 61
 4- 88
 91- 55
 - 55
 - 22
 - 62
 21- 81
 - 32
 - 48
 21- 10
 21- 48
 41- 98
 4- 75
 - 41
 - 61

videbatur magis propitio. Tertia jam vice huc pro-
 gressus, Bremensibus, Verdensibus, nobis & Wismari-
 ensibus Præses datus, o quam omnium animos erigis ad
 spem meliorem! Lætis te votis omnes excipiunt: &
 ego tacerem? Quem jam ante XIII. annos benignissimis
 clementiæ radiis erexisti: & cujus rem familiarem, cum
 Holmiæ reginam & patronos devote salutaturus ante
 sesquiannum aderam, munificentia, principe viro digna,
 stabiliisti; gratus me non statim sisterem? Indignus sim,
 cui porro benefiat, nisi, dum vivo, OXENSTIERNIA-
 DARUM, adeoq; etiam tuam virtutem & innumera me-
 rita deprædicem, &, quum aliud nihil possim, pro illu-
 strissimæ vestræ familiæ salute & felicitate ipsos cœlos
 fatigem. Interim, quem librum submisce offero, eum,
 Domine clementissime, propitio dignare oculo, &
 quod magnis datur, non tam ex pretio, (quanquam, qui
 his pagellis, tanquam quibusdā fasciis involvitur, omni
 pretio pretiosior est) quam ex pii animi devotione æsti-
 mandum judica, & perpetuo sospes & felix esto. DO-
 MINUS TECUM!

V. III.

500
 500
 128

devotus cliens



F. M.

821

s.
i.
d
&
is
n
e
a,
l,
-
e-
l-
os
n,
r,
vi
ni
i-
).

7.



BIBLIOTEKA KÓRNICK

14128

ÖRNICK

28



BIBLIOTEKA KÓRNICKA

14128